

D. LIMPVRG.



*Corporis excellens, & mentis dotibus Heros
Claro patre satus Maxmilianus erat.
Hunc illi dedit almus Hymen regnare Ducatum,
Fælix cui talis contigit esse torus.*

D. LVCELVRG.




*Omina nominibus faustis si fausta subesse
Credimus, ut mos est, usus & ipse docet.
Quis non Aemilij cernit quàm plurima tædis
Fausta subesse? torus faustus acernat opes.*

D. GELDRIÆ.



*Et vile, & fragile est lignum sine robore vitis,
Vlmo ast iuncta viret germine, flore placet,
Germine, flore placet Caroli gnata Aemiliano,
Vlmo iuncta viret vitis, & vlmus amat.*

D. FRISIÆ.



*Carolus Austriaco flos instar syderis horto
Emicat: Austriaci maxima fama chori:
Contudit hic Frisios victor victricibus armis,
Arripuitq; truci bellica signa manu.*